



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXXI. De testamentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

dies ad plus laborantibus, non videretur quod pos-
sent proficere , significetur coepiscopis per prouin-
ciam , quod donec discordia huiusmodi durabit ,
dicatur collecta pro pace: & quicumque pro eis la-
boraret & oraret , si foret vere pœnitens & confes-
sus , quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentiis
relaxentur præsentis Concilii auctoritate.

RVBRICA XXXI.

Quoniam deficientium voluntates pro legibus
sunt obseruandæ , & executores testamentorum
vltimas deficientium voluntates exequi negligunt,
in graue animarum ipsarum periculum , statui-
mus quod notarii, qui testamentum , seu quamlibet
vltimam voluntatem vel schedulam ad piam
causam scripserint , eam infra mensem episcopo
ordinario , vel eius vicario præsentent, & assignent,
& tradant ; alioquin sententiam excommunicationis
incurrant : ita quod de cetero fides instru-
mentis per eum confectis non adhibeatur. Et
executores post legitimum tempus , hoc est an-
num , nisi fuerint executi , vltterius se non possint
intromittere , sed episcopi ordinarii ea exequan-
tur : & nihilo minus tales de cetero sint inhabi-
les ad executiones alias suscipiendas , vt in eo quod
deliquerunt puniantur.

RVBRICA XXXII.

Item cum indebitæ exactiones a notariis &
sigilliferis dominorum episcoporum taxentur &
moderentur in omnibus , præfertim in ordinatio-